

Decoquantur in aqua pro fomentatione loci cum spongia. Item:

R. Olei chamomillini

Anethini

Rosarum complet. ana 3. iiiij.

Ponantur in vesica, & applicentur calida pro fomentatione.

R. Furfurum medianorum m. ij.

Olei camomill. 3. iiiij.

Vini optimi aromatici vel maluat. 3. vij.

Misce, fiat emplastrū pro loco. si est siccus, ad- datur plus olei camomill. prō applicatione com- modiori. Cibus panatinalenis, & potus brodium pulli quantum vellet, & hoc & sequenti die. Cor- di fiat epithema ex speciebus & aquis cordialib- bus contemporatis. Voluit his vteretur: et si do- lor non sedaretur omnino, acciperet hierae partē residuam, et si neque tum sedaretur, superbiberet oleiam vgd. dulc. & amararum ana 3. iiiij. quod in extremitis doloribus exhibere solet: ipsi vero fo- mentis quidem vſi sunt, sed pro medicamentis clysteria tum exhibuerunt, manē dolores erant mitiores. Voluit Montanus exhibere hieram cuim cassia fine mithrid. quia viso vomitu videbant nō amplius adesse suspicionem veneni, nec flatuositatem, cassiam non metuebant, eum ab hiera re- frenaretur, & aliquid iam materiae eductum, ex- hibitum fuit hoc.

R. Hierae simp. 3. ij.

Florum calsiæ 3. iiiij.

Sed non retinuit, statim euomuit cum bile etiā multa: datus paulo post alias clyster acutus, in quo hiera picra erat. Vespri aliquid ne dandum esset deliberabant. Stephanella esse aliquid dan- dum per os quod euacuaret, & quidē citò, quod similem paroxysmum, vel paulo minorem saltem sequenti die metueret, & se huiusmodi accessio- nes in aliis vidisse dicebat. Fracanzianus nihil per os exhibendum putabat, quia corpus iam euacuatum per vomitum & clysteribus, ideo cum clysteribus rem agendam, cū presertim do- lorem non amplius in ventriculo, sed intestinis po- tius sentiret. Montanus se harum quidem acces- sionum causas non videre, et si enim pulsus in primo retractus visus esset, non tamē febrim pro- pterea necessariò esse, cum & æqualis satis, & ca- tor mitis & suavis, non igneus, sed humidus in corpore appareret. Possibile tamen esse, vt tale aliquid fiat, cū in dysenteria etiam accessiones de 3. in 3. viderit in nepote Capitanei. Voluit ta- men dari aliquid per os, quod clysteria inferiora triculum & crassiora intestina ablueret, non ven- triculum & intestina gracilia, nisi per attractionē steret, quæ in tam paucō momento, quo ēger cly- steria retinuerat, non erat possibilis. Vomitum præterea paucum fuisse, nec euacuatam materiā omnem, ipsam grauitatem ventriculi, & intesti- nis gracilibus dolorem, ipsum denique vitæ regimē, & plurimorum fructuum comeditionem indicare: ideo dandum aliquid Mannæ, quæ e- duceret feliciter humores subtiliores, & etiam a- liquam partem crassorum, in intestinis & viis cō- munibus contentam, sine attractione, adeò be- nigniter, vt parum à cibo differret, datum man-

A næ 3. ij. sed neque hoc accepit, vſis clysteribus, neque brodia bibit, sed aquam coctam cum ma- stice & cinnamomo: sequenti die cū febris illa ephemera restaret, Stephanella, ex pulsu retrahito, siti & calore capitinis, tertianam iudicabat pu- tridam, volebat dare syrups ex acetosa, cichor. boragine, endiuia in decocto brodij. Montanus hanc febrim ephemeralam esse dixit, quod calor hu- midus adhuc esset non siccus & igneus, pulsum retractum ex affectione ventriculi, ac sic sympto- ma sequens cholericam passionem, frontem ve- rō & totum caput calidum magis quam reliquā corporis, propter plurimos vapores igneos ascen- dentes, & iam esse ephemeralam illam in via ut pro- ximè ad putridam accedit, 8. Meth. sequē me- tuere ne fiat febris putrida continua, idque citò, quod & calor paulatim siccior fieret, & vrinæ no- tabiliter magis turbidæ. Ideoque statim sanguinem mittendum, sed quia nolebat, saltem eo ve- speri mannam acciperet, id factum & conualuit.

C Montanus dicebat in febribus primis quatuor diebus, quæ fieri debent mouenda, poste a cum aterantibus procedendum.

### CONSILIVM CCXII.

#### *De cœliaca anu.*



A N C anum non lienteria, sed cœliaca laborare, vel illud erat argumēto, quod instar pultis excerneret: & quia vtriusque eadem est cura, primò Montanus

D ordinab t fomentum, quo abdomē foueret, spō- giallo imbuta.

R. Corticum granatorum

Balaustiarum

Gallarum ana man.j.

Rosarum

Absinthij

Foliorum myrti ana man.s.

Misce, decoquantur in vino austero. Deinde pro confortatione vetriculi & intestinorum vt- tur hoc puluere in panno \* murice primū tincto,

E deinde maluatico consperso, postremò insperga- tur puluis, & abdomini calidus imponatur.

R. Pulueris mastiches,

Garyophyllorum

Rosarum

Foliorū labruscæ, id est, cœnanthis ana 3. j.

Puluerizentur & commisceantur. In cibo verò decoquantur.

R. Seiminis sumach

Fœniculi ana 3. j.

Contundantur grossō modo. Misce. His ita ordinatis, altero die magis concocta excernebat,

& pauca. Pulsus itidē tranquillior erat, quāquam vrina liuiditatem eadēm præ se ferret, quā \* Do- citor in Gonorrhœam, qua anus antea laborarat, referebat. Cœterū in lienteria ex vlcere nihil præsentius medicamento sequenti.

R. Succi granat. vel diacydonitis 3. iiiij.

Boli armeni 3. ij.

Misce, ac interius sumatur, exiccat enim vlcus.

Eti si succus nō sit, agresta vti possumus & succo, quanquam gustui non sit grata. Victus erit siccum carnium, sed facilioris concoctionis, vt sunt